

**05**

**A**

**1451**





# COSMOLOGIA,

*Quam,*

Deo mundi Creatore, Conser-  
vatoreq; clementer annuente

SUB PRÆSIDIO

*Viri Reverendi, Excellentissimi, Clarissimi*

Dn. JOHANNIS SCHARFII

SS. Theolog: Licentiati meritissimi, Logices &  
Metaphysices Profefs. Publ. fidelissimi, nec non p. t. Inclytæ Facult.  
Philos. Decani, Fautoris & Mœcenatis sui, omni observa-  
tiarum cultu colendi.

*ad publicè ventilandum proponit*

DANIEL HEINRICH

Chemnit. Misnicus.

*In Auditorio Majori*

Ad diem 17. Martij.

---

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI,

ANNO MDCXXXVI.



1541 A 50

DANIEL HEINRICH

Ch. de la Minice

de la Minice Major

de la Minice Major

WITTEBEGE

JOHANNES RÖHMELT

ANNO MDCXXVII





באלהים

# Disquisitionis Physiologicæ

ωροίμου.



OElum corpus istud perspicuum & subtile oculis percipere impossibile est; at Deum cœli Conditorum Sustentatoremq; intueri longè impossibilius. Quò enim quid subtilius & à sensibus remotius, eò videri potest acrius, inq; eò magis, ut subtiliter subtilissimus Scalliger loquitur, balbutit humana lingua. Verùm infinito & simplicissimo quid simplicius? quid subtilius? quid & illo, qui μόνος φῶς οὐρανῶν ἀπερόριστον à nostrorum oculorum acie remotius? Hæc verò omnia & singula ut ut veritati non litare, sed τῶ ἐπ' τῆς ἀληθείας ἐσκαμμένα πηδᾶν videantur; tamen etiam hæc magna difficultatis erit aperire, homines quoq; in hac humana mentis caligine in veram & ad salutem sufficientem, licet non plenissimam exactissimamq; qualis in altera vita expectanda, Dei devenire posse cognitionem. Præprimis autem ad istam inquirendam (ut illud Augustini nostrum hic faciamus) duabus hominibus opus esse alio libro videlicet natura & scriptura, ducimus. Nam qui accurate illud Christi ἐρευνᾶτε observat, ille certè non tantum in cortice hujus ἐπιπέδατος oberret, sed & intima quævis diligenti scrutinio peruestiget necesse habet. Consule præterea Theologiam naturalem, ut Philosophorum aduchus Aristot. lib. 6. Metaph. c. 1. loquitur, & tibi probabit



ad sufficientiam, corroborabit ad abundantiam esse Ens en-  
 tium, Principium principiorum, Ens independens, simplicissi-  
 mum & maxime unum &c. Volve revolveq; magnum nature  
 librum & imprimis κοσμολογία, & de facili ex tam admirando  
 artificio, & artificiosissimo admirabilique ordine dispositio opifi-  
 cio de Creatoris infinita potentia, sapientia instrueris. Minus  
 indocte ergo illum Philosophorum dixisse arbitramur, dum in-  
 terroganti respondit; Universum hunc mundum librorum &  
 instructe bibliotheca vice esse, in qua, cum omni tempore &  
 ubivis locorum sit preesto, res divinas & cœlestes lectitare lice-  
 at. Esto itaq; ζῶον ἄλογον, qui oculos sublimes non attollat, &  
 ingens hujus universi amphitheatrum non studeat mirari,  
 rimari adeo, ut exinde ad Creatoris cognitionem perveniat.  
 Nos his monitis ut adfensum praebeamus obsequiosum, & qua-  
 dam de mundo maximo & excellentissimo illo Dei miraculo  
 pro virili proferemus, Mundus ades mundo, dicet munda  
 omnia mundi. Sit itaq;

Ἐπίτις.

I.

**D**isputatiunculae titulo nobis incipiendum est. Inscribe-  
 tur enim de Cosmologia. Quamobrem naturæ æquor-  
 exili ingenio nostri lembo tranare volentes ejus initium  
 rectè ducimus à definitione, quam sic statuimus; Cosmo-  
 logia est pars specialis scientiæ naturalis, quæ mundi fabri-  
 cam & σύστημα universè cum suis causis & affectionibus pro-  
 ponit & exponit.

II.

Hujus definitionis quin primitus mentis nostræ intue-  
 amur indagine definitum, non possumus. Cosmologiam  
 autem salutant. Nec immeritò! Nam nil est aliud quam  
 λόγος τῆς κόσμου, id est, sermo qui de hujus mundi machinâ  
 agit.

agit. Non abnuunt etiam sed annuunt Doctores, hanc deduc-  
tionem hâc vice posse habere locum, dum Physiologiam,  
Zoologiam, Meteorologiam, & sexcenta alia eâdem gau-  
dere originatione asserunt. Cæterùm uti ipsa Cosmolo-  
giæ vox multoties usurpata extat in libris philosophorum;  
ita & eosdem vocabulis ἐμφατικότεροις fermè nunquam non  
uti videmus, qualia sunt; Κοσμοποιία, Sagittar. in exercit.  
Phys. exer. 5. πραγματεία de mundo, Wendel, sect. 2. con-  
templ. phys. Theoria corporum naturalium in specie, item  
doctrina de mundo &c.

### III.

Sed definito pro instituti nostri ratione pensitato, ad  
alia in quibus enucleandis quam maximè occupatos vide-  
mus artifices, inoffenso tendimus pede. Quia verò præ-  
primis ampliter extollunt διχοτομία, ideo & nobis volupe  
est præsentem definitiunculam pro more consueto in duas  
disperdere partes, quarum una sit genus, altera verò diffe-  
rentia. Generis vices sustinet pars specialis scientiæ natu-  
ralis, quum Cosmologiâ sit latior, (Generis enim perpe-  
tua natura est, ut sit quoddam latius. Hinc etiam rectè Phi-  
losophorum Coryphæus Aristot. lib. 4. Topic. c. 1. §. 9. ait;  
ὅτι πλέον αἰεὶ τὸ γένος τῶν εἰδῶν λέγεται) & simul tamen de  
ejusdem essentia. Nam non tantum de Cosmologia, ve-  
rum etiam de meteorologia, ἀνθρωπολογία, ψυχολογία, Zo-  
ologia &c. instar cujusdam multis inferioribus communis  
in quid dicitur.

### IV.

Differentia innuitur verbis sequentibus representan-  
tibus Cosmologiæ tum officium, tum locum. Officium  
est, ut mundi fabricam & σύστημα universè cum suis causis &  
affectionibus proponat & explanet. Physiologia enim tan-

A 3

quam

quam quoddam totum integrum analogum in duas partes integrantes analogicas secunda venit, videlicet partem generalem & specialem, quarum prior ( ut cum Venerandis nostris respectivè Præceptoribus loquamur ) corpus naturale in genere cum generalibus suis principiis & affectionibus repræsentat; posterior verò corporis naturalis species singulas cum specialibus principiis & affectionibus proponit & exponit. Hæc postrema pars rursus quandam subdivisionem patitur. Habet enim duas partes. Una corporis naturalis distinctas species *εἰδικῶς* examinat & librat, quæ etsi nomine peculiari & generali destituitur, ( Plures enim sunt res quam vocabula, rectè monet Scalig. lib. 4. de caus. lat. ling. c. 91. pag. 205. ) ex subjectis tamen speciebus, de quibus differit, illud ei imponitur. Altera omnia *ὀλικῶς* & collectivè, quatenus juncta simul quoddam rimandum, mirandum systema constituunt, secundum suas causas & affectiones certas proponit, & quantum fieri potest exponit, salutaturq; nomine singulari *κοσμολογία*.

V.

De loco nonnihil inter se disceptant Physiologi. Multi sunt, & inter eos non leviter literis tincti, maximâq; autoritate viri, qui somatologiæ generali immediatè annectunt cosmologiam, ita, ut ipsi in parte speciali physices primus debeat locus qui usitatum ordinem retinent ex Arist. lit. 1. de cælo. Alij contra disputant, quum nullum totum (quale est mundus) cognosci possit cognitione distinctâ (quam in physicis Physici quam maximè scrutantur, aut certè debent) nisi præmissa fuerit singularum partium historia, ideo in castra illius partis, quæ somatologiæ speciali subjungit cosmologiam, quæ tanquam ad umbilicū quod dicunt, systema physicum deducit, transeunt Rationes in utramq;



tramque partem adductas in ipso conflictu examinabi-  
mus. Pergamus ergò ad ipsum mundi.

### V I.

Quanto quantulacunque vocabulorum, quæ rerum  
sunt ὀνόματα, & à quorum, significatione quam sapissimè  
in ipsius sensus cognitionem devehimur, cognitio adju-  
mento rerum ipsarum sit peruestigatiōni, vitū fallacimum  
ex eò est, quod, qui eam neglectui habet, ἀπὸ ἴσρας longissi-  
mè aberret, nec unquam solidè quid proferre possit, ne-  
hesse habeat. Hinc & Plato in Cratylo πρώτως τὸ τῆς φωνῆς  
συμβαλλόμενον ἐξετάζειν suadet. Nec improbat hæc Scaliger  
multum utilitatis promittens illis, qui à filis (uti exerc. I.  
loquitur) tenuioribus originem trahunt, quas in telâ be-  
nè textâ oculorum aciem pene fallere dicit. In testimo-  
nium hîc ipsum Excellent. Præsidem revocare non vocat.  
Sic autem cum illo totius Germaniæ communi Præcepto-  
re Dn. Philippo in manuali Log. lib. 4. c. 2. tradit; Modò  
hoc sciant juniores: in omni disputatione primum sciri  
oportere vocabulorum significationes narrationi conve-  
nientes, oportere & ambigua explicari, & sermonem in-  
tegrum rectè intelligi. Nos etiam, ne statim in fron-  
tispicio longissimo à rectâ differamur spatio, paululum  
per vocabulorum, Syllabarum, apicium, quæ omnia  
& singula hîc sensibus refertissima, cognitionem mitta-  
mus mentem.

### V I I.

Mundus verò (quæ vox hoc in loco substantiva  
est, & authorem suum Pythagoram, teste Plutarcho,  
agnoscit. Sic enim tradit Plutarchus lib. 2. de plant.  
philos. c. I. Πυθαγορείας πρώτος ὠνόμασε τὴν τῶν ὅλων περιοχὴν  
κόσμον. ἐκ τῆς ἐν αὐτῷ τάξεως h. e. Pythagoras primus univer-  
si

li complexum mundum appellitavit ob ordinem, qui eo  
est) tanq. vocab. *Mundum* latium suam originem traxisse vide-  
tur ex adjectivo *mundus*, id est, purus, politus, eò quod  
mundus absolutâ & perfectâ elegantia atque ornatu sit  
adornatus. Cui deductioni etiam suffragatur tritus iste  
Poetae versiculus;

*Non alio mundus debebat nomine dici,  
Nomen ab ornatu convenienter habet.*

Et quare non? Omnia enim Dei creata, ut inquit  
Moses, fuere valde bona, & pulcherrimis (uti voces Hebraeae  
מְדִינָה וְעִיר innuunt) ornamentis plena. Toti ergo dene-  
gare id, quod tamen de omnibus ejus partibus affirmari  
valet, annon sit veritati obloqui judicent isti, qui agrum  
egregijs epithetis propter triticum, ut ut isti multa sint  
admixta Zizamia, condecorant.

#### VIII.

Hujus voculae, cum opus quoddam absolutum, per-  
fectum & receptaculum omnium corporum naturalium  
denotet, haut paucula nomine insigniuntur. Accepta-  
tiones enim & significationes hujus vocabuli in Scholis  
Theologorum per plurimae, quas si quasi infasciculum col-  
ligare libeat, hoc modo de facili fiet.

#### IX.

Acceptant autem primo pro continente seu rece-  
ptaculo, quod omnia creata, generata intrarunt, & ad-  
huc generanda intratura sunt.

#### X.

Posthabitò continente & contentis ad manus adsum-  
tis progressus à nobilissimis ad minus nobiliora institui  
potest. Excellentissimam mundi partem, nempe homi-  
nem, hanc voce esse donatam ex Johanne tam notum,  
quam

quam quod notissimum. Quæ verò pars, ut ut nobilissima, præstantissima, cloacis hujus terræ ita se immerfit, ut haud rarò hæc voculâ impij, ac increduli seu carnaliter adornentur. Nec immeritò, maxima enim & florentissima pars totius generis humani præprimis mundanis cupiditatibus jactatur, & cottidie vitiorum larvam induit; at minima & vilissima pars, peccata auribus respuendo, linguâ detestando, ad Deum verè convertitur.

XI.

Neque dubium ullum quin animalcula, stirpes plantæ &c. mundus vocari possint, cum כָּל־הַיְקוּם seu omne vitali spiritu præditum, quod fuit in terra, & suis pedibus instat, maximâ & horribili ista inundatione quasi spongiâ fuerit deletum. Sed quid multis? Nonne πᾶν τὸ φυσικὸν σῶμα καὶ αἰσθητὸν, ut Arist. lib. i. de cælo c. 9. t. 98. loquitur, & sic ex consequenti species hujus mundanæ machinæ vilissimæ profiteantur necesse habent, Deus formator, ad servator noster? Quidni ergò hæc omnia voculâ mundi insigniri possint, cum mundum & omnia quæ in eo sunt, iste ἐξανῆ καὶ γῆς κύριος formaverit, non videmus. Hæc postrema verò mundi usurpatio uti in scholis philosophicis imprimis obtinet; ita & ad nostrum quam maxime quadrat scopum.

XII.

Non pauca præterea sed oppido multæ apud Πολυσοφῶντας mundi conspiciuntur acceptationes. Nunc enim constituunt mundum archetypum seu intelligibilem, qui rerum omnium formas & exemplaria in se contineat. Nunc verò faciunt mundum angelicum, æthereum elementarem, parvum & infinitos alios, quorum omnium exactam perspectamque enucleationem sicco pede prætere-

B

rire

rere conducibile est, partim quia illa à multis in locis  
concinne & ad sufficientiam enervata est, partim verò,  
quia ad nostrum parumper facit propositum. Nobis hac  
vice imprimis istum ad iudicij libellam expendere mun-  
dum volupe est, qui est σύστημα τῆς τάξεως ἐξ ἄρανῶ καὶ γῆς καὶ  
τῶν ἐν τῆτοις περιεχόμενων φύσεων.

### XIII.

Enucleatâ ὀμνονομία rectâ ad synonymorum progredimur segetem. Hebræa quod attinet, eorum pauca, paucissima sunt.  $\text{עוֹלָם}$  quidem haut rarò exprimitur per mundum, vel german. vocabulum Welt (ut Gen. 10. 18.) Ast eo de sensu, quo omnium corporum naturalium ordinata series indicari debet, sacro in codice altum est silentium. Quem enim præterit sumi vel particulari in significato pro terra & aliqua terræ particula, seu regione quadam, vel per metonymiam subjecti declarare incolas seu habitatores terræ? Eodem de modo  $\text{עוֹלָם}$  &  $\text{קָרָה}$  aliud in recessu habent, quam quod primo promittunt intuitu. Nam  $\text{קָרָה}$  nil aliud denotat quam præsens, instabile, transiens & quod instar spicæ emarcescit, seculum. Neque etiam demonstratu difficile, quin  $\text{עוֹלָם}$  significet tum absolutam, tum periodicam æternitatem, id est, tempus pœne longum & profundum.

### XIV.

Græcanico in idiomate mundus, prout est cœli & terræ systema, salutatur κόσμος, eadem ferme de causa, quâ Latij nominant mundum. Insignitur porrò nomine τὸ πᾶν, τὰ ὅλα: id est, universum, quia, omnia corpora naturalia suo ambitu complectitur. Et si tropica synonyma adducere fas sit & licitum, mundum salutare possumus totam rerum machinam, immensam & propemodum

dum interminatam molem. Germanis dicitur *Welle* cuius vocula deductio esse videtur de *wälten* hoc est, à volvendo, quod instar rotæ perpetuo q. circumgyretur motu. Eandem originationis vocula mundi causam adduxisse Isidorum dicunt: sed præstat tantum virum ipsum, audire. Mundus, inquit, latinè à philosophis dicitur, quod in sempiterno motu sit; ut cœlum, sol, luna, aer maria. Verum, cum notatio nominis sit transferenda *ἵπτι τὸν λόγον* ad rationem nominis, ut alicubi Excell. Præses cum Aristotele loquitur, ideo hanc originationem tanq. obscuram remissam facimus, & alteram, quæ superius fuit enucleata, retinemus. Sunt etiam, qui appellitant *werlet* à *wehren*: vel à durando, quod ipsius essendi tractus, licet non interminabilis, continuatus sit.

XV.

*Πιλύσημον τὸ λεγόμενον* parere definitionum, vel si mavis, metaphoricarū & è longinquis petitarum *περιφρασεων* myriades, ut in quovis rerum statu non secus ac si ex ipso Apollinis tripode esset prolatum, verissimum fore conspicimus, ita vel ex hac nostra *τάσει* luce meridiana clarius patescit, dum mundi tot fermè circumferuntur definitiones descriptiunculæque, quot inveniuntur significationes. Omnium verò aptissimas & ad nostrum scopum quam maximè quadrantes habet Author lib. de mundo c. 2. dum dicit. mundum esse *σύστημα ἐξ ἕρανδ ἢ γῆς ἢ τῶν ἐν τῆτοις περιεχομένων*, nec non *κόσμον λέγεσθαι τὴν τῶν ὅλων τάξιν τε ἢ διακόσμησιν ὑπὸ θεῶ ἢ διὰ τὸν θεὸν φυλαττομένην*. Sed nos has duas in unam q. coacervamus, & nostri venerandi respectivè Præceptoris tanq. filium Ariadnes hoc iu passu secuti talem ponimus definitiunculam; Mundus est ordinata compages è cœlo, elementis, iisque quæ

intra hæc continentur, coagmentata, & à Deo ex nihilo  
in sui gloriam & hominum utilitatem creata.

XVI.

Hujus verò amplissimi & artificiosissimi Dei opij  
ficij natura ut planius, plenius & q. ὀφθαλμοφανεῶς co-  
gnoscat, allubescit definitionis hujus (aliter sentienti  
pollicem premere haut diffitemur) latifundium paulo  
penitius exhaurire, ejusque tum genus, tum differentiam  
paulo uberius pro viribus explanare.

XVII.

Generis partes sustinet ordinata compages, quum  
mundò latior sit, & simul tamen de ejus essentiâ. Nam  
non tantum mundus, sed etiam alia entia aggregativa  
ordinata compages saluari possunt. Neque perperam,  
hîc dicunt, scribunt. Cum enim in σωμαλογία causæ ge-  
nerales corporis naturalis cum generalibus effectiõibus  
proponantur, discutiantur, omnes & singulæ itidem,  
ibi species segregatim tanq. in speculo repræsententur,  
nullum etiam est dubium, quin rectè agant illi, qui exin-  
de, omnia & singulaq. in manipulos colligantes & con-  
jungentes, Ens quoddam aggregativum, & ex tam varijs  
membris contextum producere conantur & quidem,  
non confusum, sed tam concinnè, tam perfectè decen-  
terque extructum & constructum, ut de ipsius perfectio-  
ne amabilique harmoniâ, ut ut magnam tam dissimilium  
creaturarum varietatem in sese contineat, vix ipse Pyrrho  
dubitet. Quem fugit lineam à summo isto artifice Apel-  
le ductam omni subtilitate, tenuitate, rectitudineque  
fuisse refertissimam? Sunto itaque buccones ac blitei  
homines, imò tuncus iners, nihilque est in imagine vi-  
vum, qui mundum, cum sit, ut Poeta loquitur, ποικίλμα  
τέκτωνος.

τέκτονος σοφῶς, ordinatè ornatum, & ornate ornamentis  
theatrum ἀνεμπειδίως non salutant. Et κόσμος ἐστὶ τὸ πᾶν  
τέλειον ἀναγκᾶν clamitat ipse Philosophus lib. 1. de Cælo  
c. 1. Sed nos hanc controversiam, quoniam uberius  
indaginis, dilucidioris explicationis, & præprimis ad eam,  
quæ de mundi forma erit dictura, spectat positionem  
hîc missam facimus. Crambem enim bis coctam ap-  
ponere vituperio vertitur.

### XVIII.

Rem ulterius pensaturi, differentiam, in quâ nu-  
cleus cujusvis rei residere videtur, ad manus adsumamus  
necessè habemus. Istam autem absolvit series causarum,  
inter quas materia tanquam causa mundi interna, ejusq;  
essentiam quam maximè ingrediens, primâ excutienda  
venit vice.

### XIX.

Tenendum verò est aliam esse materiam mundi con-  
stituendi & creandi, aliam constituti & creati.

### XX.

Priorem multiplicem & præprimis hoc in loco (ut  
multa in pauca referamus) duplicem, ob diversas vocis  
נִרְבָּה considerations involvere respectum eruditi tradunt.  
Vocula verò נִרְבָּה ante omnia & quam maximè significat  
aliquid ex immensâ, divina potentia sapientiaq; ex nihilo  
& nulla prorsus præexistente materia facere. Consule Gen.  
1. v. 1. & me vera cum choro tum Philosophantium tum  
sacrorum Doctorum dixisse deprehendes. Deinde verè &  
minus ἀνεργλόως loqui videntur, qui ἀμφοτέραις ὁλέναις  
scripturæ autoritate ducti asserunt, voculam נִרְבָּה haut rarò  
innuere productionem rei non quidem plane ex nihilo,  
sed è materiâ inhabitâ, indispositâ prorsusque inepta ad

B 3

ejusmo-

eiusmodi actum producendum. Neq; unquam talis actus esset expectandus, nisi virtus agentis externi tam valida sit, ut etiam ex illo, quod de se non est habile, possit aliquid producere. Hæc tanquam vera, verissima qui inficiatur, veritati ut & sacris monumentis (quæ creationis voculam productionem rei non quidem ex nihilo, sed è materiâ plane inhabili Gen. 1.27. c. 2.7. 22. denotare affirmant) in os contradicat necesse habet.

### XXI.

Fundamento bene jacto totum ædificium quin rectò stet talò nulli dubitamus. Dicimus ergò primitus mundi materiam nullam esse aliam, quam illud nihil merè negativum. Cum autem citra omnem normæ controversiarum physicarum adulterationem libro naturæ haut rarò in subsidium scripturæ veniat, & ea, quæ in natura aliquando ob dubiam & obscuram hominum cognitionem occulta & incerta sunt, manifestius explanet, ideò & nobis primitus illum immotæ veritatis & infallibilem testem Deum (Nam quod Deus fatur & testatur, verum esse necesse est, rectè monet illud antiquum dictèrium) audire perplacet. Sic autem Epistola ad Hebr. c. 11.3. tradit; Per fidem intelligimus perfectâ fuisse secula verbo Dei, ut ex his, quæ non apparebant, ea quæ videntur, fierent. Plura videantur apud Meisnerum in Phil. Sobr. sect. 3. c. 3. quæst. 2.

### XXII.

Neq; putandum, quod humanæ rationis lumen adeò sit suffocatum, ut suum λογισμὸν hac in re nullo modo possit exerere. Nam quid in scholis Metaphysicorum isto trito tritius? Quale est esse rei, talis etiam ejus operatio. Jam & hoc loco nullam dissensionem occurrere inter librum naturæ & scripturæ, sed potius summam & amicam  
com-



conspirationem deprehendimus, cum tum ex natura, tum scriptura videre sit, quod Deus sit principium principiorum, *πρώτος* independens, adeoque ex omni mortalitatis lege exemptus. Illum itaque infra puerilitatem haut sapere putamus, qui statuit Deum, qui ad suum *εἶναι* nullâ re externâ opus habet, nihil externi, quod in agendo ipsi præsupponatur, requirere. Hæc omnia & singula tanquam omnium sanorum indagini exposita qui inficiatur, causis naturalibus in productione rerum ad materiam nunquam non adstrictis, Deum Supremum istud efficiens adjungat, necesse habet.

### XXIII.

Neque hisce dictis aliquam falsitatis inurit maculam, quod non omnes mundi particulae ( Homo enim illa nobilissima mundi pars, ut & reliqua animalcula agnoscunt aliquam materiam, ut Moses primus ille Dei amanuensis innuit ) ex nihilo merè negativo immediatè fuerint productæ. Nam optimè ita interdum loqui valemus de parte, tanquam de toto, imò propter aliquam tantum partem, quicquid de toto honorificum dicitur, haud rarò dici fatendum est. Et nonne historici urbem egregiis epithetis ornant propter egregios cives, quibus tamen mali etiam & perversi sint commixti? Quare hac tam prophanis quam Ecclesiasticis scriptoribus usitata synecdoche, nec non aliis immotis fundamentis pensatis quilibet piorum credit mundum ex nihilo esse creatum, ut ut omnes illius partes non sint ejusdem generis, quantum ad producendi modum & materiam ex quâ productæ, attinet: sed in externo Efficienti conveniunt. Nam omnia à Deo. Accedit insuper, quod mundus ex nihilo productus haut immeritò salutari possit ratione sui principij, quod fuit omninò nihilum.

hilum. Hinc etiam pia memoria Meiserus d. l. cum August. ita dicit; Et si omnia formata, de materia illa inferni facta sint, tamen hæc ipsa materia de omnino nihilo est facta, unde rectissime creditur, Deum omnia ex nihilo fecisse.

#### XXIV.

Neque porrò *ἀπὸ τοῦ ἀμείνω* dicere aut errare illos existimant, qui illam primitus creatam nudam massam mundi materiam constituunt adeò, ut multa corpuscula ex illâ esse creata credant. Hunc producendi modum esse rem captum humanum quodammodo excedentem non inficior. Verum quid inde? Rei enim mirandæ, supermirandæ superiorique memoriâ inauditæ fides haut rarò magna, imò maxima est adhibenda. Plura, ne disputatio in nimium crescat, de hac materia ad ipsam *συστήσιν* remissa facientes in alteram mundi constitui nostros oculos intendimus materiam.

#### XXV.

Mundum haut malè in superiorem & inferiorem, quorum ille sit è celestibus, hic sub celestibus corporibus coagmentata ordinata compages, posse divelli uti neminem inficias iturum, ita haut incommodè nos acturos confidimus, si ex posteriori hac materia duas constituerimus classes, quarum altera celestia, altera verò subcelestia exhibitura sit corpora. Si enim supra nos animi projecimus ocellis, prodeunt tot artificia compendiosa, & tot compendia artificiosa, ut ea mundani theatri spectacula præclarissima salutare mentis humanæ acies vix dubitet. Certè quantos cælum istud omnium amplissimum, subtilissimum corpus, sui excitare soleat favitores vix eloqui lingua valet. Perge ad jucundissimos Cœli flores, quibus

liv:

sive statum spectaris, nihil firmitus, sive ordinem, nihil  
certius, sive pulchritudinem, nihil elegantius ullibi loco-  
rum invenies.

### XXVI.

Quamvis verò hæc omnia & singula mundi superio-  
ris splendidissima sint ornamenta, & divinæ potentia, sa-  
pientia apertissima argumenta, tamen non ambigen-  
dum, quin illa aquarum supra cœlestium, quas sacer Codex  
עַל שְׁמַי הַשָּׁמַיִם collocat, colluvies eum magis condeco-  
ret, & omnium rerum Conditoris sapientia potentiaque  
immensitatem satis satisque delineet. Ignoramus quidem  
haut infimi comitis viros, qui hic vel quæsierunt al-  
legorias ab Herculis, ut dicitur, columnis petitas, vel aquas  
certo certius existentes ad imos usque Garamantes re-  
ductas iverunt. Nos verò verba volantia, quæ Poëtæ vo-  
cant, quæ melius haut rarò detractis pinnis intra murum  
candentium dentium premuntur, quam promuntur, post-  
habentes, & suo quemvis sensu abundare de facillimo per-  
mittentes, ei, quæ pro verè existentium existentia tan-  
quam pro aris & focis pugnat, subscribimus parti, proque  
illa duo proferimus, stabilimus, aquas videl. posse existere  
supra stellatum firmamentum, & etiam verè exi-  
stere.

### XXVII.

Prius quod attinet, ita progredimur; Quam possibi-  
le est mare, illum aquarum abyssum, magnam ad partem  
terram velut insulam ingentem ambire, nec tamen dilu-  
vio in eam sævire, & fluendum è mari exire, & in istud flu-  
xu perenni redire, tam possibile etiam dari aquas super fir-  
mamentum. At prius negare est insanire, siquidem sensum  
dimittere in iis, quæ omnium oculis & sensibus sunt exposi-  
ta,

C

ta,

ta, & ad aniles tabulas nugasque confugere obæsa naris ho-  
minis est. E. & posterius concedendum est. Ejusdem enim  
est potentia, sapientia, pro imperio facere ut æquora ter-  
rarum orbem cingant, nec tamen lædant, flumina è mari  
egrediantur, & in istud revertantur, aqua sese dividat, illi-  
usque altera pars super coelum, altera sub coelo ma-  
neat.

### XXVIII.

Posterioris causas agit Moses, qui satis dilucidè nostræ  
suffragatur sententiæ, dum dicit aquas primum congrega-  
tas, post interjectu expansi sequestratas, & supra coelum  
commune istud astrorum currentium receptaculum, verè  
fuisse collatas. Non latet quidem adversæ partis patronos  
hic regerere, **הַרְקִיעַ** hoc in loco non simul regionem cœ-  
lestem, sed solam expansionem complecti aëream, & qui-  
dem hanc ob ratiunculam, quia vox **רְקִיעַ** (**ה**) uti gramma-  
tici loqvuntur, **הַרְקִיעַ** sit adornata. Verum enim verò quā  
ruinosū sit hoc effugium non ignorant isti, qui gustarunt  
primoribus tantum labris politioem linguam, aut in tex-  
tu præprimis Mosaico expendendo pauxillum operæ po-  
suerunt. Vocem enim **רְקִיעַ** detractâ litera **ה** tribui ex-  
pansioni, in qua stellæ cœli sunt collocatæ, ipsa contradi-  
centium cohors, utrâque, uti dicitur, largiuntur manu.  
Adjectâ verò **ה** vocem **רְקִיעַ** eodem gaudere significatu pla-  
nissimum est, ut collationem versuum c. 1. Genesewo sicco  
prætereamus pede, ex c. 12. v. 3. Danielis, ubi hæc inveniun-  
tur verba ; **וְהַמְשָׁבִילִים יִזְהָרוּ כִּזְהַר הַרְקִיעַ**. At hæc  
pro ratlone nostri instituti de aquis supra firmamentum  
stellatum positis sufficiant. Rectô jam tendimus tramite  
ad alteram, in qua inferiora eruenda veniunt, classem.

## XXIX.

A majori ad minus progressum facientes causam materialem mundi jam formati & propagatione conservati constituimus omnia composita & mixta in hac inferiori mundi particula degentia, imò quicquid nomine corporis physici venit. Cum autem atomi tanquam effluvia simplicia sint corpora naturalia, easdem è medio hâc vice tollere non valemus, sed potius venerandæ antiquitatis, cum  
 הלא טוב עוללות הרר שונים מבצירה אהרונים  
 h. e. meliora esse specilegia priscorum quam vindemia neotericorum rectè moneat מִשָּׁל הַקְדַּמִּי, vestigiis insistentes, mundum hunc corpusculis minutissimis & præ nimia parvitate inconspicuis esse refertissimum profiteamur. Plura hâc de re tanq. omnium sensibus expositâ in medium proferre vacat, siquidem lux luci non addenda.

## XXX.

Rectissimè Comicus: Quot homines, tot sententiæ, suus cuique mos. Quod doctum effarum si ullibi alias, & nostrâ hâc in *σαῖσι* Evangelio verius esse experimur. Certè sane (ut cum Poeta loquar) littora quot conchas, quot amœna rosaria flores, quotque soporiferum grana papaver habet, tot in lucem de speciosa mundi machinæ formâ prodeunt opiniones, quas verò fermè omnes legere est refutare. Nos brevitatis ergô aliena missa facientes hodiernorum Philosophantium sententiam arripimus, & dicimus, stabilimus, mundum aliam formam non agnoscere, (si voculas *κατὰ τὸ ῥητὸν* & non *ἀναλόγως* acceptare fas sit & licitum) nisi illam, quæ est unicus iste mirabilis & perfectissimus ordo, quò res naturales inter se sapientissimè copulatæ sunt & distinctæ. Et quare non? Tanta enim est entium series, tanta affinitas,

ut si minimum aut re ipsa abfuerit aut in causis non sit, mundus ipse desiverit esse mundus, ut ait Scalig. Exercit. 250. sect. 5. Quorum etiam aspectu factum ut Periti mundum *τάξιν ἢ διακόσμησιν* salutare haut veriti fuerint. Et hinc idem Scaliger exerc. 6. s. 2. nullam aliam ob ratiunculam tradidit, formam mundi esse ordinem seu ordinatam seriem corporum naturalium, nisi quod tam aptissimam rerum coaptationem, & ordinatissimam concinnitatem in universi hujus magnificentissimo viderit templo. Cum hisce etiam omnibus sub unum (ut ita loquar) jugum sese mittit nunquam non amicè conspirans Schola Theologorum, dum ex suo ubertissimo sacrarum rerum Gazophilatio profert Deum tanquam omnis ordinis amatorem ad fines terræ usque respexisse, sub toto cælo vidisse, fecisse vento pondus, & aquas appendisse in mensurâ, fecisse pluviam statutum, & viam coruscationi tonitruorum, Sed properandum & de Efficiente dicendum.

### XXXI.

Verissimè illud Philosophi effatum; *ένος δοθέντος ἀτόμων ἢ τὰλλα συμβαίνει*. Adsume ad manus præsens *ζήτημα*, & illud veritatis vim obtinere certò certius experieris. Quare, cum per plurimi haut rarò, nescio quibus, falsissimis innitantur *ὑποθέσεσι*, ex quibus erronea de facili consequuntur, imò tanq. ex pandora Hesiodica propullulant, nullum est mirum, cur multis parasangis à verò abeunt perversissimèque, imò plane *αφίλοσόφως* de mundi efficiente judicant, adstruendo artificiosissimum hujus mundi theatrum ex atomis cæco & temerario confluxisse impetu. Causam rimaris ac miraris? En habe, quia Epicurus, Democritus, Leucippus, philosophi vetustissimi, magnæque autoritatis viri statuere omnia ex atomis fortui-

τό

tò coaluisse. Neque deinde desunt, qui q. itipuitata ma-  
nu promittunt, se multa concinnius elegantiusque ef-  
formare, disponere voluisse, si initio à consilijs Deo ad-  
fuissent, imò mundi primam originem non Deum sed  
Diabolum, solis rerum ἀταξίας, incertitudinis, & mali-  
tiæ, quæ in hoc mundano theatro quandoque apparent,  
argumentis ducti blasphemè impieque constituunt.

XXXII.

Verum omnia aniles fabulæ inque Deum immor-  
talem impiæ. Si tamen aliquid dicendum, dicimus pri-  
mo, quod non artis sit multa contra apertissima & in omni-  
um oculos incurrentia pro lubitu effutire fundamenta.  
Approbasse citatos Authores illam nunquam non duratu-  
ris compescendam flammis blasphemiam in confesso est  
& communiter receptum. Sed qua via? quo medio?  
Certè tot media videmus, quot ostia Nili, aut portas  
Thebarum. Verum, num antiquitas autoritasve quen-  
dam veritatis sententijs erroneis adferat splendorem? mi-  
nimè. Tradunt quidem φιλοσοφῶντες, quod antiquissi-  
mum quodque sit verissimum, (Excell. Præf. in Metaph.  
exempl. c. 2. lib. 2.) nec non quod sapientum autoritas  
temerè rejicienda non sit. (idem in instit. log. lib. 5. c. 2.  
Sed tamen hæc ut & alia dicteria cum grano salis accipi-  
enda sunt. De prioris restrictione Scheibl, in Top. c. 31.  
n. 66. ita; Hoc Tertulliani dictum imprimis intelligitur  
de sententijs Theologicis; Attendendumque nunc est  
antiquitatem non posse aliunde mensurari, quam per con-  
gruentiam ad scripturas. Hæc enim cum sit antiquissi-  
ma, iccirco quæ religio docet ei magis conformia, ea sim-  
pliciter censenda est melior. De legibus politicis, ut &  
sententijs philosophicis verum est contrarium. Nam lex

C 3

nova

nova derogat priori, & ratio manifestissima, ut ut nova  
appareat, præferenda est vetustiori. De posteriori dicimus  
cum Excell. Præs. d.l. quod ubi vis locorum videndum sit,  
non quis dicat, sed quid dicat.

XXXIII.

Posterior nodus Hercules haut est. De facili verò  
eum solves, si modò poteris distinguere inter τὸ κατ' αὐτὸ  
ἢ κατὰ συμβεβηκός. Mundus à Deo conditus est in stupen-  
da & admiranda εὐταξία & harmonia κατ' αὐτὸ. Consu-  
le hæc inferiora, (ut superiora mittamus) & præprimis  
abjectissima animalcula, & omnia amicè inter se conspi-  
rare deprehendes. Ἀταξία autem omnique malitiâ turba-  
tus est ab omnis malitiæ confusionisque authore Satana,  
& ejus satellitio, idque κατὰ συμβεβηκός. Semper enim  
iste μυριοτεχνίτης juxta Dei domum ædiculum sacellum  
sibi extruere ad laborat. Quid? quod quædam φαινόμενα  
sint incerta, non ipsis rebus esse adscribendum, sed potius  
cœcæ rationi, quæ haut rarò certa in dubium trahit, pu-  
tamus.

XXXIV.

His blasphemijs sepositis in partes omnium sanè  
philosophantium imus, dicimusque, quod mundus aliam  
causam efficientem non agnoscat, nisi illud universale su-  
preum efficiens, cujus influxu efficiuntur omnia, & à  
quo omnia & singula corpora naturalia veniunt.

XXXV.

Hoc ὀφθαλμοφανερῶς demonstrari valet ex sacris & profanis  
testimonijs. Sic a. ille omnium supremus Physicus Moses tradit;  
בְּרֵאשִׁית בָּרָא אֱלֹהִים אֶת הַשָּׁמַיִם וְאֶת הָאָרֶץ. Idem  
innuit Paulus dum Colofs. i. 16, ita inquit: ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη  
τὰ πάντα τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἢ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς τὰ ὄρατα ἢ τὰ  
ἀόρατα.

Hisce



## XXXVI.

Hiscæ autem inculcatur (1.) mundi efficiens, quod est אֱלֹהִים, Deus ille unus & verus. De quo nomine videatur Glassius philos. sac. lib. 3. tract. 7. c. 26. (2.) Mundi principium, quod an potestativum, vel ordinativum sit disceptant inter se Doctores. Sed malè nos ambulaturos haut mecum, si nobis comitem neque imperitum, neque viæ ignarum adjunxerimus. Sic autem Elacius in Clav. Sac. Script. habet; Verùm magis probatur ut vox בְּרֵאשִׁית ipsam rerum ac temporis inchoationem denotet: tametsi simul etiam seriem operis indicat. Hæc ille. (3.) opus productum & efformatum, quod sunt tam visibilia, quam invisibilia, tam superiora, quam inferiora. Sed cum de his supra actum sit, ulteriori explanatione jam supersedemus. Pergimus ergò ad librum naturæ.

## XXXVII.

Et mater, id est Philosophia, (uti eam Chemnit. in L. The. pag. 36. salutatur) in totum hic tacere nec potest nec debet, cum de Deo tanquam coeli terræque authore per plurimi Ethnicorum valdè commodè dextereque ratiocinati & locuti fuerint. Nam de facili (ut de testimoniis philosophantium eorumque propriis verbis nihil dicamus) Philosophus ex suo circulo philosophico talem extruere potest συλλογισµόν; Omnis creati efficiens est unicum istud Ens infinitum & independens, quod est solus Deus, primus & novissimus, α & ω. At mundus est creatus. E. mundi efficiens est Deus. Major sat patet. Quanta enim sint finita, quanti homunculi in rerum effectiōibus (cum creatio sit Entis, quod ortum habet à summo & ἀνεργσίω ente, quod ortum non habet, ex nihilo, sive ex non Ente constitutio, ut B. Meisn. d. l. cum Tileno loquitur, adeoque solius

Deitas.

θείας δυνάμεως opus) Sapientes quam optimè nôrunt. Mi-  
noris veritatis tenor ex præcedentibus videre est, satisque  
evidenti ratione demonstrari potest ex Mose, qui dicit,  
quod Deus in principio mundum creaverit. Aurige præ-  
tere aures & audi Excell. Sennert. in Epit. naturalis scient.  
cum Scaligero sic concludentem; Etenim si ejus (Dei) nu-  
tu gubernantur omnia ( id quod nemo mentis compos  
negare potest ) necessariò sequitur eundem omnium fu-  
isse effectorem.

XXXVIII.

Quid? Nonne Simplicius, Philoponus, Ammonius,  
aliique plures illustrium virorum ex libr. de mundo c. 6. ita  
dixere; Ἀρχαῖος μὲν τις λόγος ἢ πατέριος ἔστι πᾶσιν ἀνθρώποις,  
ὡς ἐκ θεῶ τὰ πάντα, διὰ θεῶ ἡμῶν συνέστηκε. Et quanquam  
hîc haut exiguus q. desipientium blasphemantiumque  
( Cum abnuente enim non rationibus sed fustibus esse  
agendum, cum blasphemum & horrendum sit in dubium  
trahere causam primam, & id negare, quod omnes di-  
cunt, veteres dixerunt ) occurrat numerus, tamen nu-  
merò neque pauciores, neque autoritate inferiores inve-  
niuntur viri, qui magis adfectant sapientiæ quàm desipi-  
entiæ insidere folio, nulli dubitantes, quin mundum à  
Deo ut causa efficiente dependere, & sic τὸν κόσμον εἶναι  
αἰθιον, ἀλλὰ γενόμενον, existiment.

XXXIX.

Neque ejusmodi vertumni sumus, ut ab antiquâ  
verâque sententiâ nos dimoveri patiamur ob Poetæ cau-  
tiunculam, quæ ita;

— — — — — *Cœlestia non fert*  
*Terrestria secreta animus, mortalia solum,*  
*Doctus est à terris nequiens attollere frontem.*

Nam

Nam nemo adeò cœcus, qui non videat nullam istud Poë-  
tæ effatum nostris positionibus falsitatis inurere notam.  
Tenebras & caliginem ingenio humano esse circumfu-  
sam, si de distincta & comprehensiva, uti Philosophi lo-  
quuntur, Dei cognitione sit sermo, quis est qui ignorat?  
Hactenus etiam valere illud *πολυθρύλλητον*, Hagar in Ecclesia  
debet tacere, Sara verò loqui, haut inficias imus. Verum  
quid inde? superstes enim adhuc remanet confusa & ap-  
prehensiva cognitio, cujus beneficio Philosophus quam  
facillimè ex splendidissimi operis magnitudine Creatoris  
potentiam, ex pulchra & ordinata dispositione sapientiam,  
ex utilitatum & bonitatum ubertate misericordiam colli-  
git, & hæc omnia in unum quasi coacervata uni attribuit,  
quem deinde nomine *τὸ θεῶν* vel primi motoris salu-  
tat.

#### XI.

Hæc omnium prima causa efficiens, uti alias nun-  
quam non supremum occupat locum, ita & hæc vice nullus  
dubito, quin Liberrimus liberrimè liberrima pro sua tum  
in agendo, tum conservando voluntate hujus mundi ma-  
chinam condiderit, conditam in diem hunc usque conser-  
vaverit, hactenusque conservatam, quamdiu ipsius bene-  
placito visum fuerit, in posterius sit conservaturus, guber-  
naturus. Demonstramus autem hanc Creatoris liberta-  
tem, i. ex isto in vulgus noto Metaphysicorum axioma;   
Nihil est in effectu, quod antea non fuerit in suis causis.  
Jam nobilissimæ Dei creaturæ, homines videlicet, sunt li-  
bertate præditæ. Hinc etiam Augustinus fulgentissimus  
ille totius orbis Sol ita; Liberum est arbitrium omnibus  
hominibus, habens judicium rationis, per quod idoneum  
sit in operibus vitæ præsentis tam bonis, quam etiam ma-  
lis.

D

lis.

15. ΕΠΙΟΝΑΚΕ & ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ qui decantatissimis in scholis  
Philosophorum in os obloquens emblematis, Deum ex  
omni servitutis & coactionis lege non eximit, 1. liberrimo-  
rumque Creatori liberrimum non applicat arbitrium, 2. ex  
aliis perfectitudinibus Deo competentibus. Salutatur n.  
Ens perfectissimum, à nullo dependens, nullius indigum,  
sibi ipsi sufficiens, aliis omnibus essendi principium, omni-  
umque gubernator. Unde haut immeritò solus Deus no-  
mine יהוה ab Hebræis ornatur, eò quòd ipse sit tum crea-  
tor, qui primus sine principio, & ultimus sine fine, vel, ut  
pressius cum Θεοσόφοις loquamur, qui ὁ ὢν ἔσθ' ἢν καὶ ὁ ἐρχόμενος,  
tum regnator, qui regnat & gubernat pro suo dominio vo-  
luntateque, sicut rex regit servos suos. Quis ergò est, qui  
ejusmodi Enti omnibus numeris absolutam liberrimamq;  
non attribuant voluntatem? 3. ex opere Conservationis.  
Nil enim absurdius, tanquam pro aris & focis pugnare,  
Deum merà suà libertate & bonitate ductum conservare,  
omnia creata sustentando, promoverique omnium re-  
rum productarum operationes cooperando, & tamen ean-  
dem libertatem in opere creationis locum habuisse, nega-  
re. Sed quid multis? Istam divini Numinis liberrimam  
voluntatem per omne corpus sacrarum literarum creber-  
rimè sparsam modo quis diligenter, velim, advertat, & cer-  
to certius talia ἀπεσδιόνησα non enunciabit, multò minus  
scriptis commendabit, sed potius cum Psal. ex Psal. 135. v. 6. ita  
clamitabit, Omnia quæcunque voluit Dominus, facit, in  
coelis & in terra, in maribus & omnibus abyssis. 4. ex causæ  
προκαταρκτικῆς absentia. Nam ante condita secula nihil  
fuit, quod causæ exterius moventis vices subire, & Deum  
omnium productorem ad mundi creationem irritare po-  
tuerit, sed Deus seipsum movit, atque mundum liberè  
condi-

condidit, & quidem ideò, ut tanquam verus Sol suæ inexhaustæ bonitatis nos illustraret radiis, nec non ad oculos demonstraret verissimum esse illud ex meditullio Metaphysices desumptum tritum; Omnis bonitatis proprium est sese communicare, & quò præstantior, eò etiam latior in suæ ipsius diffusionem. Hactenus Efficiens. Sequitur ergò finis.

### XL I.

Unius rei per plurimos dari fines experientià illa Doctorum magistrà edocti nunquam non videmus. Neque in suspensò hic hærendum, cum iste, qui universum hoc rimatur, miratur, adeò multas illius deprehendat utilitates, ut nihil supra. Nobis verò brevitatis ergò omnes & singulas in summam referre (siquidem rem amplam haut rarò *ὡσαυτὲρ ἐν συνόψει* proponere fas est & licitum) & illi trito Mercurij Trismegisti pronunciato includere per placet; *Πρῶτον ὁ Θεὸς, δεύτερον ὁ κόσμος, τρίτον ὁ ἄνθρωπος, ὁ κόσμος διὰ τὸν ἄνθρωπον, ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸν θεόν.* In causa etiam, quò minus homines perspectis hujus amphiteatri statibus, positionibus, conditionibusque in Dei omnium rerum Creatoris cognitionem deveniant, non sunt ipsa Dei admiranda opera, quæ, uti Veteres dixere, sunt *ψυχῶν λογικῶν διδασκαλεῖον, ἢ θεογνωσίας παιδευτήριον*, sed potius ipsi perversissimi homines, qui in sua sibi stoliditate & ignorantia placent, & in Theologiæ naturalis pomæria descendere, & ibi naturalia imò sensibus palpanda pensitare, explanare nolunt. Nihil itaque miri, quod dactilis porcus, licet ipsi appendas muscum, quod suum est, faciat.

### XLII.

Est autem mundi finis alius absolutè universalis, & principalis, alius respectivè universalis s. secundarius. Prior

est ipse Deus, cuius sapientiæ, potentia & bonitatis manifestandæ ergò totum mundi systema in initio fuit conditum, conservatum. Testimonia hic sacra adducere non vacat. Sic autem ista veritatis columna Paulus Rom. 1. 20; Τα γὰρ ἀόρατα αὐτῶν διὰ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοθεύμενα καθοράται ἢτε ἀδῖος αὐτῶν δυνάμεις ἢ θεϊότης. Probationis locò etiam hic adducunt locum ex Prov. c. 16. v. 4. qui ita; כֹּל בְּעַל יְהוָה לְמַעַנְהוּ. Verum, an locus hic id, quod primâ fronte promittere videtur, hoc in loco in recessu habeat, dispiciant isti, qui voculam לְמַעַל significationem, quâ redditionem & q. responsionem (ut Buxt. in Lex. in voce לְמַעַל loquitur) quandam causæ denotat salvò fundamentò hîc posse amittere, nominisq; significationem induere, idemque valere ac לְמַעַשְׂהוּ id est, in opere suo dictitant.

#### XLIII.

Mundi finis etiam est ille μικρόκοσμος seu homo, cuius usui totum mundum cum omnibus suis particulis fuisse conditum satis superque demonstrat primus ille, mundi delineator Moses, dum Gen. 1. 29. inquit; Dixitque Deus, ecce dedi vobis (novellis homunculis) omnem herbam &c. Et nonne tam notum, quam quod notissimum, quod angeli illæ nobilissimæ Dei creaturæ hominum bono in omnibus tribus hierarchijs varia obeant munera, illisque, ut quilibet piorum maximo cum oblectamento experitur, instar turbæ famularis famulentur? Solem præterea, lunam, & reliqua corpora cœlestia non tantum ornatus gratiâ cœlo esse indita, non secus ac forsitan paterfamilias hortum varijs herbarum & fruticum delectamentis, uti nonnulli statuunt, exornat, sed & varias causari temporum vicissitudines, corporum generationes

corrup-

corruptionesque, & ita quoque in hominum usu  
usum quis nescit? Quod si ita est; cur & reliquæ abjectif-  
simæ variisque mutationibus obnoxia corporum natu-  
ralium species in hominis emolumentum non dirigantur,  
eidemque serviant, non video. Rectè itaque hæcenus  
Scaliger; Homo propter Deum, propter hominem mun-  
dus factus est. Consenties hîc est Aristot. inquit; *πολλὰχῆ ἢ φύσις δὲλη τῶν ἀνθρώπων ἐστίν.* Quamquam verò  
persæpè veritatis exosores isti, qui in veritatis gratiam ad  
hominis usum facta esse omnia affirmant, salutentur; ta-  
men nullum auctoritates (cum amicus sit Plato, amicus  
Aristoteles, sed magis amica veritas) à rectò arceant. Et  
licet pulices, cimices, & reliqua abjectissima animalcula  
non possint comedi ab hominibus, & immediatè in il-  
lorum cedant utilitatem; tamen ab alijs brutis, quæ pro-  
sunt & famulantur hominibus, devorantur. Notan-  
dum etiam, quod non omnia creata sint ad victum, sed  
quædam etiam ad amictum medicamentumve. Multa  
itaque ex una parte nocentia ex alia magno adjumento  
sunt homini. Defectus itidem haut rarò non in rebus,  
sed potius hominibus quærendus est. Sed causis mundi  
aliquâ ex parte exascatis ad affectiones, quæ pauxillum ex-  
cutiendæ, properare properamus.

#### XLIV.

Unum, à cuius enucleatione hîc primordia sumere  
perplacet, de quo vis Ente esse urgendum non tam tritus  
quam veritate communitus Philosophorum est Canon.  
Hoc verò fundamento obfirmato reliquum superstru-  
ctum ædificium quin recto stare possit talo, nullus dubito.  
Nam mundus est *ἐὶ αὖ*, uti notissimum. Philosophi ita-  
que & præprimis Christiani haut est minus munditus de-

D 3

mun

mundo philosophari, quod fit, dum ipsius unitatem it de-  
structam. Cum autem unitas sit quoddam *πολύσημον*, &  
*πλειοναχῶς* s. *πολλαχῶς* dicatur, ideò dispiciendum erit,  
ne illa errorum genetrix *ἁμωνυμία* nostrum impediatur cur-  
sum, quænam unitas hâc vice sit eligenda.

XLV.

Non autem hâc vice intelligenda est unitas loci, nisi  
cum Calvinianis sapere, quod rectè sentientibus est desi-  
pere, velimus. Denegatur verò mundo locus propriè  
dictus, quia est Ens totum quoddam aggregativum, adeoq;  
unum non per se, sed per accidens. Quæcunque enim  
unum per se non sunt, (ut loquitur Wendel. in Contem-  
pl. phys. sect. 2. c. 8.) sed per partium aggregationem,  
sine interveniente substantialis formæ vinculo, per se quo-  
que in loco non sunt, sed ratione partium tantum.

XLVI.

Neque unitatis hujus causa quærenda in unitate formæ  
informantis, uti Platonici volunt, sed in unitate *τάξεως*  
seu dispositionis, nec non omniū mundi partium harmo-  
niæ s. proportionis aptæ. Considera omnium causarum ef-  
ficientium ordinem, & tibi validissimum unitatis argu-  
mentum suppeditabunt. Quælibet enim, sive suprema,  
sive media infimave sit, suo nunquam non fungitur offi-  
cio, Primi & supremi Efficientis τὸ operari ex naturâ co-  
gnoscit Philosophus, ex scripturâ longè certius norit Theo-  
sophus. Ad res naturales mundi inferiores, & secundi  
universalis efficientis influxus sat fortes deprehendes. Sed  
operosâ enucleatione illa non indigent, quæ testem ha-  
bent sensum & experientiam. Et certè, (ut à minori ad  
majus progrediamur) si Imperator terrenus martispullos  
&, ut Homeri verbo utar, *θυμολῶντας*, qui tamen semper  
refra-



retagantur, ne brumem reingere, & exanimem  
militiæ, qui ens quoddam aggregativum summò ordine  
gaudens, conficere valet, quidni etiam magno Rectori &  
induperatori omnium conditorum, coelum stellæ, aer,  
mare, & omnia magna opera sese attemperent adeo, ut  
ista in unum q. coagulata mundus, id est, opus summà  
ordinatione amabilique harmoniâ gaudens saluari pos-  
sint. Veritatis exosores, & ordinis detestatores hîc occur-  
rere quem fugit? Sed nil impedit! Nam solatio nobis est  
id, quod & hâc in parte viros maximos *ὁμοσπώνους ἢ ὁμο-  
ψύχους* habeamus, ad quos, ob ortis adversantium strophis,  
tanquam ad arcem & præsidium quoddam tutissimum tu-  
ti nos recipere valemus. Sic enim scribit Scaliger; Mun-  
dus est unus ordine ac specierum affini cohesione. Alio-  
quin daretur vacuû in substantia, majore sanè lapsu, quam  
in quantitate. Et postremò nonne Dei constans & perpe-  
tua est voluntas, ut omnia *εὐχρημόνως ἢ κατὰ τάξιν* fiant?  
Quis ergò non credat, quod ordinis amator, confusio-  
nis detestator non omnia distinctissimè, ordinatissime-  
que creaverit, disposuerit. Quadrat huc illud Apolog. c.  
29, adversus Hermog. p. 418. dictum, quod ita; Siquidem  
omnia opera sua DEUS ordine consummavit, incultis  
primo elementis, de palans quodammodo mundum, de-  
hinc exornatis velut dedicans.

#### XLVII.

Attendenda deinde hîc est unitas numerica. Illud  
verò scitum Scaligeri effatum, in luce rerum tenui caliga-  
mus, in mediocri cœcutimus, in majori cœci sumus,  
in maximâ insanimus, quid aliud quam nescimus, hîc  
præfari necessitas imperat, veritas cogit. Nam si libros  
de unitate mundi loquentes volvimus, revolvimusque  
cali-

caligare mentem, hebescere sensum experimur. Illorum, qui extra Ecclesiam vitam vixere, scripta ad manus adsume, & illos ἀπρητα ἀμείνω instar febricitantium per somnium quasi effutisse adeo, ut ea legere sit refutare, multis refellere tempus perdere, deprehendes. Multi enim eò deveniēre, ut statuere haut veriti fuerint, alios præter hunc dari mundos, quorum nonnulli careant sole & luna, nonnulli plantis, stirpibus & animalculis; alij verò hisce omnibus sint pleni, Sed condonanda hæc ipsis sunt, quia unicum quidem esse mundum credimus, rationibus tamen, nisi religionis nostræ sancita nobis succurrant, è philosophiâ petitis firmiter id probare non posse statuimus, ut Execll. Sennertus in epit. Naturalis scient. p. 168. loquitur.

#### XLVIII.

Neque obstat, quod quidam philosophorum unicum esse mundum crediderint: Alexander enim M. audiens plures dari mundos ingemuisse fertur, indicans se ægrè ferre, quod & illos non subegisset. Nam Physiologus haut rarò ex sacris literis eorum, quæ aliàs sui subtilis ingenij alâ pervolare & cogitatione indagare nequit, haut rarò scrutatur, rimatur veritatem. Sed breviter. Unus est Deus, unus mundus.

#### XLIX.

Neque imperfectionis arguendum est Dei perfectissimi perfectissimum opus. Si enim ad quantitatem, quæ h. l. maxima, mentis nostræ projicimus ocellos, tantam ibi perfectitudinem deprehendimus, ut nulli parti neque in excessu neque defectu aliquod disformitatis adesse monstrum videamus. Quantitatem verò licet maximam, cum coeli & terræ magnæ quantitatis & capacitatis corporum

porum coordinatio sit, ponamus, infinitam tamen eam esse negamus. Nam mundus est  $\pi\acute{o}\ \tau\acute{o}\ \alpha\acute{\nu}$  non  $\acute{\alpha}\pi\lambda\acute{o}\varsigma$  sed saltem  $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\ \pi$  & non omnia entia sive creata sint, sive corporea sive incorporea complectitur, sed saltem corpora naturalia, & quidem ita, ut nullum corpus naturale excogitari valeat, quod mundi circulo non includatur. Accedit insuper quod mundus sit creatus. Omnia verò creata adeoq; alia à primo Ente finita esse necesse est.

L.

Cum autem omne certâ & limitatâ quantitate donatum sit figuratum, etiam mundo figuram inesse utraque quod dicitur, largimur manu, & quidem non quadratam sed rotundam s. circularem. Corpus enim capacissimum, firmissimum perfectissimumque, capacissimâ, firmissimâ perfectissimâque, qualis rotunda, gaudet figurâ.

LI.

De hujus mundi tum duratione, quo videl. anno, quo mense, quo die istius  $\epsilon\acute{\iota}\nu\alpha\iota$  cœpit, tum ruina, tam multa proferri possent, ut pauca pagellæ ad omnia excutienda non sufficerent. Sed, ne in magnis & ab omnibus fermè examussim exasciatis extra cuticulam, uti dicitur, nostram evagemur, inque tam multis viarum divortijs, ubi utraque pars comites multos eosque neque imperitos, neque viæ ignaros habet, longissimis parasangis à rectâ differamur, dissertati unculæ nostræ de mundo colophonem imponimns, nulli dubitantes, quin mundi hujus machina, quando Conditoris & omnium rerum Conservatoris visum fuerit voluntati, ruinam sit passura. Quâ verò horâ, quô momentô tanti operis spectabitur interitus,

E

ritus,

ritus, nostrum non est scire. Nam אין להרהר אחר  
השם h. e. non est speculandum post opera Dei, uti  
Hebræi loquuntur. Lubenti etiam animo nolumus ea  
scire, quæ Deus voluit nescire. Interim..

ברוך יהוה יוצר

העולם לעולם

אמן ואמן

Mantissæ:

1.

*Fundus lebetis, quo elixantur pisces, frigescit, & tamen  
reliqua partes omnes sicca & calida sunt.*

2.

*Cœlum habet materiam.*

3.

*Non omnis magia est illicita.*

4.

*Αντιπαρθενα non competit solis animatis.*



In.



In

DN. DANIELIS HEINRICI

eruditam Disputationem

de M U N D O

Epigramma.

Πόρρωθεν εισέδυξε πρὸς καλὴν πείραν  
Τεὴ φύσις σελασφόραν πόλιν διός,  
καὶ τὰς αἰεζώας νέεσ ἐμόλπασε,  
Νῦν χθῶνα προστίθησι, καὶ δόμην κόσμου  
Προτείνει. εὐρώεντος, ἔμμεναυ κόσμον  
κόσμον μόγις δοκεῖ ἐπ' αἰματηραῖσι  
Σπυδαρχίαισ. Εἴανπερ ὄμιον ὄτλοιο  
Πολλάκι σιβήσης, οἱ ἔπειτα κύδιμον  
κλέος διδάσει, μαθὼν ἄξιον πόνων.

Joachimus Hagmeierus.

FINIS.



Faint mirrored text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.

DR. DANIELIS HENRICI

eruditum Dissertationem

de M. N. D. O.

Disputationem

Illegible faint text, possibly bleed-through from the reverse side, appearing as a list or series of lines.

Jochimus Jagmacerus

T. M. V. S.



05 A 1451

ULB Halle  
003 777 790

3




VD 17









# COSMOLOGIA,

*Quam,*

Deo mundi Creatore, Conser-  
vatoreq; clementer annuente

SUB PRÆSIDIO

*Viri Reverendi, Excellentissimi, Clarissimi*

Dn. JOHANNIS SCHARFII

SS. Theolog: Licentiati meritissimi, Logices &  
Metaphysices Profefs. Publ. fidelissimi, nec non p. t. Inclytæ Facult.  
Philos. Decani, Fautoris & Mœcenatis sui, omni observan-  
tiarum cultu colendi.

*ad publicè ventilandum proponit*

DANIEL HEINRICH

Chemnit. Misnicus.

*In Auditorio Majori*

Ad diem 17. Martij.

---

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI,

ANNO MDCXXXVI.